

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3582

**Auteur(s)** : Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Philippe d'Auteuil [chevalier]

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1259, février

**Action juridique** : autre

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, cède à ferme au chevalier Philippe d'Auteuil et à ses héritiers pour la rente annuelle de 72 livres tournois 23 acres une vergée de terre et une demie acre de pré sises à Coquainvillers avec les rentes et redevances indiquées.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Harde l (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 611, p. 115.

Texte établi d'après a

Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi presentes pariter et futuri, quod nos dedimus et concessimus ad firmam perpetuam Philippo de Autolio, militi, et ejus heredibus in perpetuum, pro LXXII libris turonensium annui redditus nobis annuatim solvendis, tercia parte ad Pascha et duabus partibus ad scacarium sancti Michaelis, in firma de Cauqueinviller, XXIII acras et unam virgatam terre ; dimidiam acram prati vel circiter ; quinque modios et dimidium avene ; novem quarteria frumenti ; XXXIX capones, et XXXIX denarios ; LXXXII gallinas cum V denariis ; XIV agniculos et XIV arietes ; CCLXXXV ova ; LXV solidos censuales ; I virgatam stallate ; unum espreverum XXX denarios pro potis ; unam libram piperis ; unum pastum vel XL solidos, prout fieri consuevit ; precarias carrucarum et herciarum, sicut eas habere solemus ; servitia XI bordariorum, qui debent poma colligere et triblare, facere sidrum, fenare et adunare ; item servitia quorundam bordariorum in valle de Cauqueinviller, qui debent in Augusto tassare blada et legumina et fenare ; preposituram et messeriam ; relevia rusticorum et simplicem justitiam eorundem ; salvo nobis et retento spate placito et pertinentibus ad placitum antedictum, foresfactis et gardis, patronatus jure (si quod nobis competat in firma predicta), releviis feodorum lorice integrorum et etiam partitorum ; et de dicta firma, ut dictum est, solvenda, omnia bona sua nobis in contraplegium obligavit, que nobis remanerent una cum predicta firma, si a contractu hujusmodi resiliret. Premissa autem eidem concessimus una cum garenna que ibi esse dicitur, salvo jure in omnibus alieno. Quod ut ratum permaneat in futurum, presentes litteras fecimus sigilli nostri impressione muniri. Actum anno Domini M° CC° LVIII°, mense februarii.